

*Animal est generis neutrius,*

*Homo est animal,*

*E. Homo est generis Neutrius.*

*6. Animal est genus,*

*Homo est animal,*

*E. Homo est genus.*

Resp. Hic *animal in Majore* est Ens reale, in *Minore* est secunda notio. Fit E. μεταβασις εἰς ἄλλο γένος.

*7. Rationale est differentia:*

*O. homo est rationalis:*

*E. O. homo est diffierentia.*

Resp. sunt 4. termini, quia *Rationale in Majore* supponitur simpliciter, & accipitur præcisè non pro hoc vel illo Rationali: In *Minore* verò supponitur personaliter pro aliquo rationem seu rationalitatem habente.

*8. Habitus est generis Masculini:*

*Ars est habitus:*

*E. Ars est generis Masculini.*

Resp. Vocabulum *habitus in majore* sumitur τεχνικῶς, materialiter seu in notione secundâ: in *minore* verò significativè vel formaliter.

*9. Ani-*